



# PRAEFATIO NOVA BENEVOLO LECTORI

S. PL. D.

IOANNES CHRISTIANVS WOLTÆR.

**S**Ex eorum, confiteor, sum schola, mundum qui dicunt complexum variorum, varietatibusque quidquid in mundo est absolui disputant. Neque sententiam adprobo in iis solis, quæ tangi possunt, sed & de iis defendo, quæ intellectu percipiuntur. Eorum igitur, quæ in mundo sunt notitiam nanciscimur non solum in eorum coniunctorum nexus rationem, naturam ac indolem inquirentes, coniunctorum quorum scientia nos nondum tenet, coniungendorum viam hariolantes, nouam combinationis viam meditantes, nouum totum adornantes; sed & coniunctorum nexus tollentes, nouum totum ex disiunctione constitutum penitus curatiusque considerantes, illud cum alio simili dissimiliue comparantes, in id adtendentes, in quo conueniunt, in quo a se discidunt infixi obseruantes. Sic humana mens cogitando alitur, cressit. Sic & mirifice legitimæ artis studium, scientia quod esse debet, habitus quod esse solet, augebis tuum